

Petrus quod dicitur specialis insigni tanquam eorum principem ut premium cor respiciat merito. unde cum petrus a christo de premio beatitudinis quereretur matheus dixit. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te quid ergo erit nobis. in quid dabis nobis premium. Ipse christus magnitudinem primi ipsorum una responsione comprehendere non valens ad questionem petri tres responsiones dedit. Quarum una exprimit iudicariam potestatem et eorum regalem dignitatem matheus dixit. Sedebitis super thronos duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Alia promissio christi demonstrat eorum ineffabilem leticiam et iocunditatem que ponitur luce xxij. Ego dispono vobis regnum sicut pater meus michi disposuit ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. Per mensam autem regni celestis principaliter apostolis et consequenter aliis fidelibus ipsam fructificationem celestis designatur ut dicit bedae. Tercia ponitur iohannis. Iterum veniam ad vos et assummam vos ad me ipsum ut ubi ego sum ibi et vos sint. Et hoc demonstrat ipsorum eternam felicitatem. unde dicit augustinus super verbo posito. Quam gloriam maiorem habere adoptatus quam ut sit ubi est vnicuique Cuius nos glorie principes dicitur.

De sancto paulo sermo.



Vas electionis est michi istud dicitur. Verbi gratia dicitur a domino de paulo. in quo verbo beatus paulus commendatur a duobus. Primo a diuina gratia receptibilitate vnde dicitur vas. Secundo a diuina electionis singularitate quia non qualecunque vas sed electionis dicitur. Quantum ad primum beatus paulus congrue vas dicitur ratione receptibilitatis et large capacitatis diuine gratie ut de eo vere dici possit illud ecclesiasticus. vas admirabile opus excellenti. Ad hoc autem quod vas aliquod sit conueniens receptui nobis contenti requiritur quod sit vas profundum amplum vacuum et mundum. sic sanctus paulus post receptionem gratie in sua conuersione fuit vas profundum per humilitatem quod profunde se humiliavit quando cadens in terram et vocem domini iesu se totum a se detulit ens diuine voluntati se subiecit dicens. Domine quid me vis facere ad te. Quam etiam humilitatem postea clarus expressit dicens. Ego sum minimus apostolorum et non

sum dignus. Et dicitur. Gratia enim diuina secundum augustinum est quasi candela accensa lumen inferens et tenebras expellens ut homo modicitatem sui melius cognoscat. Et ideo dicit gregorius. Quanto quis maior gratie lumen percipit tanto se minorem esse cognoscit. fuit etiam vas amplum per caritatem. Tanta enim caritate ad salutem omnium estuabat quod non solum salutem aliorum ardenter affectabat. verum etiam per ipsos hostibus mori desiderabat. in quo dicitur. Ego enim habenter impendat et super imperdar per amabimus vestris. imo quod magis est per damnationem aliorum vitanda. ipse si esset possibile a gloria excludi affectabat. hoc dicitur. Optabat ego ipse anathema esse a christo pro fratribus meis ubi dicit crisostomus. Quo a tribus estuabat alios non saluari quam seipsum pro. Et si dicatur hoc videtur esse contra verum ordinem caritatis quia quisque suam debet salutem appetere quam alterius. Dicendum quod verum est absolute loquendo. Et ideo istud dictum debet intelligi sub conditione hac quod si hoc esset possibile appeti quod vellet per salutem aliorum a regno excludi iuxta quem modum moyses percipit aut populo noxam dimitti aut de libere predestinationis deleri. Subaudi si hoc esset possibile ut patet in eorum. fuit etiam vas vacuum per rerum temporalium et superfluum a se omnimodam euacuatum quia ut dicit crisostomus. licet abraham comedetur quia ad dei preceptum patriam cognatosque reliquit. Non potest tamen paulo equari qui non solum patriam et cognatos sed totum mundum imo et seipsum propter deum reliquit imo et celum celi eo contenta propter christum despicit. unde dicit philippus. propter christum omnia detrimendum fecit in talia vasa vacua bene recipit. Ergo secus hiis qui sunt terrens occupacionibus plena. in cuius figura iussit mulieres habere vasa vacua non pauca. in quibus sunt etiam paulus vas solidum per constantie firmitatem quia vas coedis sui nulla aduersitate frangi poterat ut de eo verificetur illud ecclesiasticus. firmabitur in illo et non flectetur. unde ipse de dei bonitate confidens. Certus sum quod neque mors neque vita neque creatura aliquid poterit nos separare a caritate que est in christo iesu. fuit etiam vas mundum per continentiam et castitatem imo ut creditur virginitatem. unde ipse per gratiam dei hoc habuit quod omnis delectatio carnis immunda sibi inuisa fuit unde ipse dixit. Datus est michi stimulus carnis mee. Et sequitur propter quod dominum terroregam dicitur. hinc patet quod in eo omnis delectatio carnis in luctum versa fuit. Quia igitur